

**3126** Pl. Specios | Menervai | donom | port.<sup>1</sup>

*Florentiae, lamella aenea, incertae originis (I 191. VI 523; Ritschl tab. IIc).*

— 1) *Sic videtur esse in aere. Portandi vocabulum mirum in dedicatione.*

*Aliam dedicationem Minervae factam ante tempora Augusti dedimus supra N. 1854.*

**3127** Minervae d[on. d.] | fullones<sup>1</sup>, | magistri quinque[n.] curavere, | L. [F]uuli<sup>2</sup>. C. I. Statius, | P. Oppi. L. I. Pilouicus, | L. Magni. L. I. Alaucus, | Pampilus Turpili T. s.<sup>3</sup>

*Spoleti (I 4406. XI 4771 viderunt Mommsen, Bormann). — 1) Ut reliqui artifices (fasti Praenestin. ad d. 20 Mart., CIL. I ed. 2 p. 512; cf. etiam titulum semel descriptum in insula Apsoro Dalmatiae III 5156: Artifici|bus Miner. | Babullia | Sex. f. Maxi|[m]a), ita etiam fullones et lotores Minervam colebant, cf. Ovid. fast. 3, 824.*

— 2) *Euuli. lapis teste Bormanno, qui Fulii nomen, in aliis titulis Spoletinis repertum, intellegi putat (Fuuli legerat Mommsen). — 3) Cf. N. 5581 not. 1.*

**3128** Minervae | Aug. sacr. | M. Valerius | Venustus | et Mulcedátia Tais | gentilibus<sup>1</sup> | Artorianis lotoribus<sup>2</sup> | aram d. d.

*Aquileiae rep. (V 801 cf. Majonica Mitth. der k. k. Centralcomm. 1893 p. 60).*

— 1) *Cf. Hula arch. ep. Mitth. aus Oestr. 13, 1899 p. 100. — 2) Cf. ad eam quae praecedit.*

**3129** Numini | evidentissimo | Minervae Aug. | sacrum, | conservatrici et | antistiti splendidis|simi corporis | stuppatorum<sup>1</sup>, orna|tam omni cultu d. d. | Marcii Iulii Carpus patr<sup>n</sup>.<sup>2</sup>, | Carpus [f.]<sup>3</sup> corp.<sup>4</sup>, Amat. Rufinian. | hon.<sup>5</sup>, Firmus hon.<sup>5</sup>

*In Portu Romano rep., deinde Romae (XIV 44 vidi). — 1) Cf. VI 1649. —*

*2) Patronus (collegii stuppatorum). — 3) Filius (eius qui praecedit). — 4) Corporatus, 5) honoratus, scilicet in collegio stuppatorum.*

**3130** Minervae | custodi.

*Urbini, quo venit ex urbe Roma (VI 529 vidit Bormann).*

**3131** Minervae | victrici | C. Val. Pudens<sup>1</sup> | leg. Aug. pr. pr.

*Aquinci rep. (III S. 40438). — 1) Idem legatus Aquinci dedicavit etiam titulos III S. 40396. 40399. Provincias administravit sub Severo et Caracalla, cf. VIII S. 41999. Brambach 6 a.*

**3132** simulacrum Minerbae, | abolendo incendio | tumultus civilis igni | tecto cadente confractum, | Anicius Acilius Aginatus | Faustus v. c. et inl., praef. urbi<sup>1</sup>, | vic. sac. iud., in melius | integro proviso pro | beatitudine temporis restituit.

*Romae, quo loco urbis reperta sit, incertum (VI 526 ad exemplum Pighii). —*

*1) Videtur esse (ut coniecit de Rossi ann. inst. arch. 1849 p. 542) Faustus is qui consul fuit in Occidente a. 485 (Aginatus Faustus dictus in epitaphio urbano ap. Rossium inscr. chr. I 382; ad eundem pertinet titulus amphitheatri Flavii VI 4796, 31 = 52159); cf. Mommsen ind. in Cassiod. var. p. 492.*

**3133** [Min]ervae Matusiae | [Mem]mius Caec[il]ianus | [Plac]idus cos.<sup>1</sup>, aug[ur], | v. s.